



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 192. An & quæ pœnæ statutæ in jure civili male alienantibus res Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

restituendum pretium, sed etiam pro labore & industria cultura & conservacioni rei alienatae sibi que tradita ab eo impensa, factisque in eisdem melioramenta & ecclesiae utilitatem expensis satisfaciendum, si voluerit, uti potest, fructus ex re illa ab emptore perceptos repetere; qui alias in compensationem dicti laboris & expensarum relinquendi, in quantum mercedem laboris dictaeque expensas non excedunt, & de contra aliunde addendum, si fructus laborem illum & expensas non adaequant. Dum V. g. in utilitatem ecclesiae impensu mille floreni, & ex perceptis fructibus non percepit nisi centum. Uti haec ferè sumuntur ex *cit. c. ad nostram*. vide Pith. *b. t. num. 76.* & Barbof. *loc. cit. num. 1. & 2.* dum ait, in rescissione contractus feudalis ideo non restitui fructus; quia de ejus natura est, ut tales fructus pertineant ad Vasallum ratione laboris & servitii, quod domino praestat, aut praestare est paratus juxta *c. 1. in quib. caus. feud. amitt.* Et haec, dum emptor processit bona fide; si enim est mala fidei, pretium datum amittit secundum dicta supra, uti & fructibus perceptis in poenam à Judice privari potest. Pith. *cit. num. 76. in fine*, citatis *l. jubemus. §. Janè C. de SS. Eccles. Gloss. in c. Vulturana. 12. quest. 2.* Abb. *in c. ad nostram. num. 9.* Redoan. *loc. cit. quest. 78. c. 5. a. num. 5.* De cetero, ubi alienatio nulla, tenetur emptor rei aliufve possessor illius rem restituere una cum fructibus perceptis à die alienationis juxta *cit. l. jubemus. & c. si quis. h. t.* Berojus. *ibid. num. 14.* Felin. *in c. cum causa de judic. num. 27.* Redoan. *loc. cit. quest. 77. c. 5. num. 2.* Guttier. *conf. 1. num. 14.* Ricc. *in pr. resol. 18. num. 2.* Surt. *conf. 115. a. num. 31.* & plures alii, quos una cum pluribus Rota decisionib. citat Barbof. *ad c. si quis. h. t. num. 13.* ubi etiam citatis pro hoc Riccio *ubi ante.* Covar. *l. 1. var. c. 3. num. 8.* quod à fructibus restituendis non excuset error juris, cum jus resistit, ubi tamen erraretur in facto; v. g. emptore putavit intervenisse assensum Papae, qui non intervenit, fructus non debent, nisi die motae litis. Pro quo citat Felin. *ubi ante.* Ricc. *loc. cit. num. 3.* Bero. *loc. cit. num. 45.* An verò assensus Apostolicus operetur retentionem fructuum, non resolvit, sed remittit ad Ricc. *in pr. for. eccl. decis. 64.* alias *resol. 61.* vide de hac restitutione fructuum dicta in antecedent.

Quest. 192. An & quae poene statuta jure civili male alienantibus res Ecclesiae?

Resp. poena iis constituitur Jure civili, nimirum à Leone Imperatore *in l. jubemus §. Oeconomus. C. de SS. ecclesiis.* quae constitutio Leonis facta pro ecclesia Constantinopolitana extensa est dein per Justinianum ad omnes ecclesias omniaque loca pia, ut constat ex *Auth. de non alien. §. nos igitur. & §. quia verò constitutio Leonis. coll. 2.* poenae autem his juribus constituta Praelatis & administratoribus male alienantibus res ecclesiae est privatio & amissio officii, quod gerunt, & reparatio omnis damni, quod inde incurrit ecclesia, ab iis ex bonis propriis facienda. Praeter quas poenas sunt & aliae poenae hoc jure statuta, quas enumerat Muller. *in Struv. exercitat. 3. l. 1. ff. tit. 8. thes. 71. l. 1. §.* nimirum, quod contractus alienationis sit

ipso jure nullus. Quod recipiens rem amittat fructus & pretium, quae cedunt ecclesiae. Et respectu tabellionis, qui super tali alienatione fecit instrumentum, perpetua relegatio. Respectu Judicis, bonorum publicatio & amissio dignitatis. Quales tamen poenas irrogandi clericis, haec & similia jura seu leges & constitutiones civiles quae tales seu secundum se auctoritatem non habent; sed tunc deum recipiunt, si & quando per Papam relata in Corpus Juris Canonici (qualiter constitutio Leonis & dicta *Auth. relata in c. nulli. h. t.*) & vel sic canonizata evaserunt leges canonicae. Fagn. *in c. nulli. n. 45.* & *c. quae ecclesiarum. de constit. n. 29.* cum Holt. *in idem c. nulli. in fine.* & Felin. *in c. 1. de presumpt. not. 1.* & aliis passim.

Quest. 193. Quae poene statuta male alienantibus Jure Canonico antiquo & moderno, praesertim per Extravag. ambitiose?

Resp. primò: jure antiquiore Extravag. ambitiose, quin & à tempore ferè Apostolorum nimiam illam administratorum rerum ecclesiasticarum in iis distrahendis libertatem, non tantum prohibitam, sed & variis poenis statutis res ecclesiae sine justa causa aut contra praescriptam à SS. Canonibus formam alienantibus coercitam, constat ex *Can. Apostolicos. 12. quest. 2.* Tales fuerunt sequentes. Primò invalidatio ipso jure talis alienationis attentatae. *c. si quis. c. ad audientiam. h. t. Can. sine expectatione. l. 2. quest. 2.* uti & invaliditas donationis & receptionis, quae bona & res ecclesiae accipiuntur à Regibus. *c. 2. h. t. delumpto ex Concilio Lugdunensi quarto.* Secundò obligatio tam alienantium quam res male alienatas recipientium etiam ex propriis servandi ecclesiam laesam indemnem. Tertio depositio Episcoporum sine necessitate, & Abbatum clericorumque sine licentia Episcopali alienantium. *cit. c. Apostolicos. Can. si quis Episcoporum. 10. quest. 2. Can. quisquis. Can. Abbatibus. 12. quest. 2.* Quarto prohibitio ingressus ecclesiae & excommunicatio, jam in octava Synodo universali relata in *c. Apostolicos.* uti & in *Can. non liceat. Can. de rebus. 12. quest. 2.* decreta, & etiam in presbyteros aliosque istiusmodi alienationi subscribentes extensa *cit. Can. liceat. & Can. si quis. h. t.* & ipso facto ab alienantibus & recipientibus incurrenda ab iis, qui res tales non restituebant, nisi celeri restitutione sibi prospexerint, ut dicitur *cit. c. si quis.* hoc est, celeriter, quantum in se est, contractum alienationis resciderint & recepta restituerint. Quintò suspensio ab officio, quam ex decreto Concilii Viennensis relato in *Clem. 1. h. t.* incurrebant ipso facto religiosi monasterio, Prioratu vel administrationi ecclesiae praepositi, si illorum reditus & possessiones alicui ad longum tempus concedebant. Quales etiam suspensio statuta in *c. 2. h. t. in 6.* Praelatis aliis submittentibus ecclesias earumque bona & jura laicis. Item clericis negligentibus idipsum denunciare superiori suspensio à beneficiis per triennium. In laicos verò compellentes ad talem submissionem excommunicatio. Plura de istiusmodi poenis statutis extra *Extravag. ambit.* vide apud Redoan. *l. c. 9. 76. c. 1. & 2.*

2. Resp. secundò: harum poenarum plures renovatae, aliaque adjecta jure novo, nimirum

Extravag.